UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

27. De apparitione facta 7, discipulis piscantibus. Ioan. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

hortũ colere, & inſtruere arboribus, ſtirpibus & herbis fructiferis, & hominis pi atq; Chriſtiani, ſi ſaluus eſſe velit, eſt hortum animæ ſuæ colere & exornare optimis ſpiritualis doctrinę, virtutumque documentis & exemplis.

MEDITATIO XXVII.

De apparitione facta 7. diſcip. piſcantibus. Ioan. 21.

1. DISCIPVLI CHRISTI *ſeptem cum nocte piſcantes nihil cepiſſent, & mane in littore Ieſus petiiſſet, num pulmentarium haberent, id eſt, piſces? reſpondere, nõ* Conſidera eos noctu piſcari, & ſine fructu laborare, qui opera bona exercent in peccato mortali, vel q in bonis operib⁹, nõ Dei gloriã animarũ ſalutẽ, ſed ſua tantũ cõmoda, vel humanam gloriã oculis propoſitã habẽt. Vel qui proprio iudicio & voluntate, non Superiorũ, nec inuocato Chriſti auxilio, opus licet bonũ aggrediũtur. *Qui enim non colligit mecũ*, ait Chriſtus, *diſpergit*. 2. Conſidera Chriſtum Apoſtolis apparuiſſe mercatoris ſpecie quaſi piſces vellet emere, vt quæſtione illa factus familiarior, tãdẽ ad miraculũ veniret. vt diſcãt, qui alios Chriſto lucrari volũt, primũ familiares miſcere

Lu. 11.

ſermones de mercaturę, militiæ, negotiorũ aliorũ ſucceſſu, ꝙ experti bonũ cõſiliũ meliora cõſulẽtib. deinde facilius credãt.

Ait Ieſus. Mittite rete in dexteram. Faciunt, & tot capiunt, ut rete attrahi non poſſet. Iohannes ait: Dominus eſt. Petrus mox nudus in mare proſilit, alij ad littus cum reti properant nauigio. Conſidera mirabilem obedientiæ vim, qua effectum eſt, vt longe minori labore Apoſtoli maximum fructum fecerint. Tota enim nocte ſuo nutu laborantes nihil ceperant, nunc alieno nitentes piſces ſpe omni plures & maiores. Noctu ad ſiniſtram incerant rete, quia ſua tantum commoda ſpectabant, nunc autẽ ad dexteram, quia quod egerunt, propter Deum & Chriſti gloriam egerunt. 2. Conſidera, Ioannẽ ante alios cognouiſſe Chriſtum, quia illi ſunt capaciores diuinarum rerum, qui cum Ioanne mente & corpore ſunt puriores, & caſtiores, teſte Hieronymo. *Beati enim mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbunt.* Petrus autem nudus abijcit ſe in mare, quia quam primum anima guſtat, quã ſuauis ſit Dominus, eiusq; iugũ, mox nudus nudum omnibus impedimẽtis abiectis Chriſtum optat ſequi, & cum eo mare tribulationum & crucis calcare, licet

Ep. ad Pammach.

alij malint trahentes rete, id eſt, onus té-
poralium bonorum, manentesque in mari
id eſt ſeculo, ad littus ſalutis paulatim té-
dere.

Apoſtolis attractis 153. piſcibus in littus, et
3. *viderunt prunis impoſitum piſcem, Ieſus ad*
prandium inuitatis panem & piſcem diſtri-
buit. Conſidera, ſicut Ieſus, dũ illi piſcaré-
tur nutu ſuo, parauit eis prandium & co-
xit piſcem, ita dum nos hic in diuino ſer-
uitio fatigamur, ipſum in cœlis parare cō-
uiuium, quo nos excipiat, & coronas, qui-
bus lab orem noſtrum remuneret. 2. cóſi-
dera iucundum & felix hoc conuiuiũ. Vi-
de quomodo Dominus, q paulo ante pro
conſueta humilitate ſua & caritate cocum
egerat, iam in prandio agat & miniſtrum,
porrigat panem & piſcẽ, ſimulq; cum il-
lis comedat. Stabãt boni diſcipuli, nõ au-
dentes loqui præ reuerentia & ſtupore, ve-
lut oues circum paſtorem, aut filij circum
amantiſſimum patrem, tantoq; gaudio
ſpiritu & corpore perfundebantur vt in
lachrymas ſoluerẽtur: quæ nõ alia de cau-
ſa facta ſunt, quam vt crederent verè eum
reſurrexiſſe, & poſt labores huius vitæ cũ
ad littus, id eſt, ad vitã æternam venerint,
ſe remunerandos 2. conſidera per priuas
ignem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ignem Spiritus ſancti , per piſcem aſſum Christum paſſum in veru crucis, per panẽ verò memoriale paſſionis, id eſt, ſacram Euchariſtiã deſignari, vt tria tibi potiſſimum commendata habeas in laboribus huius maris vel mundi, primum ignẽ ſpiritus ſancti, id eſt, gratiam vel ardentẽ in pectore caritatem in Deum & proximum, quo igne caritatis & Chriſtus paſſus eſt. crebram meditationem paſſionis Chriſti, 3. ſequentem communionem Euchariſtiæ, ſi ignem illum conſeruare velis.

MEDITATIO XXVIII.

De Apparitione in monte Galilææ Matt. 28.

VNdecim *diſcipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi conſtituerat illis* IESVS, *& videntes eum adorauerunt.* Conſidera, hanc præcipuã fuiſſe Christi apparitionẽ, cum Chriſtus in ea oſtẽdit, quãta ſuã paſſionẽ ſecuta ſit gloria, & potentia, arcanũ de vocatione gentiũ diſcipulis aperuit, Apoſtolos & Epiſcopos orbis eos fecit, & fũdamentũ Eccleſiæ iecit: vt diſcas, quanto gaudio ſoleat prẹteritas afflictiones cõpẽſare, quas cũ Apoſtolis, p Chriſto ſuſtinueri mus. 2. nota, nos verũ ſpiritũ homines cõ-